hoc ideo, ut opinor, quia pedi-
bus portabatur ad diversa pau-
perum tuguria misericorditer
illos visitando et beneficia
impendendo. Oliva, que oleum ip
generat, signum est pacis et mi-
sericordie. Oleos enim grece, × Eleos, Ἔλεος
misericordia dicitur latine.
Quia beata Elyzabeth pacifica
et misericordissima fuit, non
immerito olei rivulos de suo im
corpore nunc fundit. Cui eciam
congruere videtur quod per Eccle-
siasticum dicit spiritus sanc-
tus: Quasi cedrus exaltata sum
in Lybano et quasi cypressus 1 L
in monte Syon. Et post pauca:
Quasi oliva speciosa in cam-
pis et quasi platanus exalta-
ta sum iuxta aquam in plateis.
Cedrus arbor est odorifera et
imputribilis nature, graciam ip
illam designans, quam deus
contulit corpori beate Elyza-
beth post mortem, ita ut neque
feteret, neque putredinem sen-
tiret. Cypressus arbor est altis-
sima medendis corporibus apta.
Hec est gracia sanitatum, quam
dominus illi contulit, cum se-
cundum animam exaltata
esset in monte Syon, id est, in
altitudine divine speculacio-
nis. Oliva oleum ginnit+ et
de corpore ejus oleum emanet.
Platanus arbor est patula et
ampla, unde Greci platan

+ sic in hs. [gignit] pt. 582.